

Landesbibliothek Oldenburg

Digitalisierung von Drucken

**Io. Rvdolph. Engav Ivrivm D. & P.P.O. In Academia Ienensi
Elementa Ivris Criminalis Germanico-Carolini**

Engau, Johann Rudolph

Jenae, MDCCXLVIII.

VD18 12413879

Tit. XXXVII. De Incendio.

urn:nbn:de:gbv:45:1-10011

ginem cæmeterii sine pompa funebri se-
pelitur *a*).

TIT. XXXVII.

DE INCENDIO.

§. CCCCXXVI.

Incendium est actus, quo quis ædificiis Incendium
uel aliis rebus ignem subiicit pericu-
losum.

§. CCCCXXVII.

Itaque (1) incendiariis annumerari ne- qui fece-
queunt, qui incendium minati sunt h. u. runt,
sie wolten dem andern einen rothen Hahn
aufs Hauf feszen, aut ignem subiecerunt
rebus non combustilibus; (2) non nisi at-
tentati incendii rei erunt, (a) qui mate-
riam ad ignem concipiendum aptam ædi-
bus subiecerunt, aut (b) quam alii subie-
cerunt, concipere fecerunt ignem, quem
ipsi pœnitentia dueti extinxerunt subito *b*);
(3) incendii consummati accusari possunt,
quotquot fecerunt, ut ædes arderent. Ut
hæ consumtæ fuerint *c*), utue flamma
omne illud absenserit, quod incendia-
rius perire uoluit, ad delictum incendii
minime requiritur.

Engau Ius Crimin. P §. CCCCXXVIII.

a) BERGER Elect. Iur. Iudic. Crim. c. VII. aph.
Cr. suppl. p. II. obs. 104. 8.

p. 296. *c)* WERNHER p. IX.
b) THEODORIGI obs. 176.



§. CCCCXXVIII.

eos manet pœna ignis, cerunt (§. CCCCXXVII.) dolo malo, quæ uiui comburuntur *d*). Cui pœnæ interpretes tunc demum dant locum, ubi ex igne subiecto integræ cuidam ciuitati aut uitæ hominum aliquid imminuit periculi.

* Olim incendiarii soluebant compositionem, *L. Sal.* XVIII, 1. *Alemani.* LXXXI. *Anglon.* VIII. *Frisian.* VII. *Baiuuar.* IX, 1 seq. quæ maior erat, si homines simul perierant *L. Ripuar.* VI. aut domus in urbe sita incensa fuerat. *L. Wifig.* VIII, 2, 1. Pottea edictum *Theodorici R.* seruos incendiarios flammis tradi, *L. Sax.* V, 2 uero dolosos incendiarios cuiusvis generis vita priuari iussit. Media ætate inter *Mord* & *Brenner* distinguebatur, quorum hi rota, illi gladio puniebantur *I. P. S.* II, 13. *Sueu.* c. 114. De eo: quinam fuerint *Mordbrenner*? dissentunt Dd. Alii clandestinos, alii merecede condicatos incendiarios, alii eos, qui prædæ causa incenderunt, intelligunt. Cur multis hunc dissensum Dd. discuterem, certe non est, quum neque *C. C.* neque praxis laudatam incendiariorum distinctionem adprobet.

§. CCCCXXIX.

modo cessat Ab omni pœna immunes erunt (1) septennio minor, furiosus, ui maiori compulsus &c. ubi incendium fecerunt; (2) sub auspiciis principis militantes, ubi ædes hostium, aut (3) ob urgentem salutem publi-

d) *C. C. C.* art. 125.



publicam, suburbium proprium incenderunt.

§. CCCCXXX.

Pœna ordinaria mitigatur non solum modo mi-
 (1) ob incendiarii minorem ætatem e), (2) tigatur,
 melancholiæ f), (3) insignem stupo-
 rem g) & simplicitatem h), (4) pœnitentiam
 cum celerrima ignis extincione coniun-
 ctam i), itidem (5) ubi incendium at-
 tentatum *, aut (6) culpa tantum com-
 missum ** est; sed & (7) ubi nullum integræ
 ciuitati imminuit periculum, utsi casa uel
 taberna ab aliis ædibus remota accensa
 fuerit k): neutiquam uero (8) ob delin-
 quentis sexum sequiorem, aut (9) nobili-
 tatem auitam; (10) ob damni *** igne
 dati resarcitionem l), aut (11) transactio-
 nem super eo initam; aut propterea quod
 (12) quis suam ipsius domum incende-
 rit, quodue (13) flamma opinione latius
 grassata fuerit (§. XXXIV, 7.) m).

* Qui attentatum crimen incendii pro consummato
 P 2 habent,

- | | | |
|---|----------------------------------|---|
| e) BARTHOLDI d.
de incend. fam. c. 3. nr.
64. HARPPRECHT Resp.
99. nr. 35. | art. p. 397. | i) LVDOVICI d. de
effœct. pœnit. c. 3. §. 17.
GRASS c. I. p. 787. |
| f) BERGER El. Iu-
rispr. Crim. suppl. p. II.
obs. 129. | k) BEYER ad cit. art.
pos. 6. | l) STRYK d. de in-
cend. casual. pos. 2. nr.
7. |
| g) CARPZOV pr.
crim. qu. 39. nr. 10. &
lib. VI. Resp. 9. | m) WERNHER p. IX.
obs. 176. | |
| h) CLASEN ad c. | | |



habent, qui dicant, nesciunt, quum in flammis excitatis querant conatum. P O T T de pœna conatus c. XI.

* Huc pertinet, qui (α) ignem, prout decet, non custodierunt, (β) materiam combustibilem prope locum, ubi quotidie ignis alitur, posuerunt, (γ) globis columbam petentes tectum aliquod stramineum incenderunt, (δ) loco non congruo ignem suscitauerunt &c. Pro culpæ uarietate pœnam uariare, nec semper inquisitorio processu locum esse, tradit BERGER El. Iurispr. Crim. suppl. p. II. obs. 130.

*** Damnuni datum, illiusque resarcitio attendi debet in pœna extraordinaria determinanda. BERLICH. p. IV. concl. 25.

§. CCCCXXXI.

Quinquam exasperatur.

Est quidem causa, cur pœna ordinaria qualificetur n), quoties alia concurrunt criminis, ut si quis ui pacti cum hostibus initi incendium fecerit &c. praxis tamen in hoc casu pariter atque in reiterato incendi crimine, qualitatem pœnæ ordinariæ respuit o).

§. CCCCXXXII.

Vsus fo- rensis.

Rerum forensium Dd. uolunt (1) minorem 14. a. si furti, quod perpetrauit, occultandi causa, & (2) maiorenem, si latata culpa ædes incenderit, gladio puniri; (3) fustigari, qui leui culpa ignem suscitauit

n) GRASS collat. I. o) CARPOV qu. 38.
Ciu. p. 786. nr. 67.



tauit periculoseum; (4) grauiori pœna adfici, qui damnum igne datum restituere nequit *p*); (5) extra ordinem puniri (a) ciuem, qui, quo minus oriretur incendium, non impediuit, quum tamen potuit *q*), aut (b) ortum extinguere detrectauit.

§. CCCCXXXIII.

Qui incendium dolo culpaue fecit, Iudicium damnum eo datum resarcire debet. In ciuile, Saxoniam tamen & quibusdam aliis germaniae prouinciis ab incendiarii, qui pœnam mortis sustinuit, heredibus resarcitio damni igne dati peti nequit *r*).

§. CCCCXXXIV.

Mos eum, qui ad extinguendum vindicta incendium in sua domo ortum uicinos priuata, non uocauit, in ignem proiiciendi *s*), reprobatur hodie *t*). Interim tamen, si qui eo usi sint, ob iustum dolorem extra ordinem puniuntur.

P 3

TIT.

-
- | | |
|--------------------------|-----------------------------|
| <i>p</i>) LEYSER sp. | IV. concl. 24. nr. 51. seq. |
| DXLI. m. 10. STRYK | <i>s</i>) Gl. ad I. P. S. |
| d. de incend. cas. | II, 51. |
| <i>q</i>) LEYSER c. sp. | <i>t</i>) Diff. DAMHOV. |
| m. 5. | DER pr. crim. c. 104c |
| <i>r</i>) CARPOV c. l. | nr. 3. |
| ur. 43. BERLICH. p. | |



TIT. XXXVIII.
DE MAGIA.

§. CCCCXXXV.

Magiae

Magia est ars diuinandi & miranda faciendi, modo; quem plebs adhuc cognoscere non potuit *u*).

cuiuscun-
que

Diuiditur (1) in *diuinatricem* & *operatricem*, atque (2) prout nititur uel uiribus & qualitatibus *naturae*, uel, quod olim fere omnes statuebant, commercio & pacto * cum *cacodæmone* inito, in *naturalem* & *diabolicam* *x*) siue *hæreticalem* *y*). *Hæc* semper, illa, si simul noxia, notam incurrit criminis.

* Hoc pactum, quod ab initio mysticum fuisse uidetur, succedente tempore uerum & proprium habuerunt simplices. Vnde non mirum, quod, quum primarii hominum affectus sint *uoluptas*, *ambitio* & *auaritia*, statuerint, magos idcirco pætum cum diabolo inire, ut (*a*) ipsis cum hoc, aut cum iuuene, diaboli ope per hircum adducto, *congredi*, atque choreis & commensationibus in monte bructerorum interesse liceret. MIRVS de conuentu sagarum ad sua sabbata, (*b*) ut artem diuinandi & miranda faciendi tam in proprium commodum quam in aliorum dænum exercere,

u) WIER de præ- II, 3, 1.
ftig. daemon. I, 1. *y*) III. BOEHMER
x) FROELICH c. I. I. E. P. TO. V. p. 461.

